mihi uerba noli respondere. expectant te enim tor
menta durissima. ut te faciant obtemperare prae
ceptis imperatorum. Beatus theodorus dixit. neq;
tibi adquiesco. neq; poenas tuas pertimesco. etiam
si ualde sint terribiles; fac ergo quod uis. me enim
expectatio bonorum inuitat. ut confidam propter
spem quae mihi reposita est. et coronam quam mihi dns
meus ihs xps praeparauit. Iudex dixit. sacrifica
diis et eruere ab his tormentis quae tibi parata sunt.
scs theodorus dixit. Non mihi sunt tormenta haec
quae ex te inferuntur terribilia. dns enim et rex
meus ihs xps ante faciem meam adsistet. qui me
eruet de suppliciis quem tu non uides. eo quod oculis
cordis tui non uides. Indignatus est ergo iudex sic
fremens ut leo. iussit eum mitti in carcerem. et signa
ri hostium carceris. atq; ibidem eum dimitti. ut
fame moreretur. Beatus uero theodorus a sco spu
nutriebatur. In eadem autem nocte. apparuit ei
dns dicens. Confidens esto serue meus theodore.
quia ego sum tecum. ne ergo accipias escam aut
potum ab hominibus istis. est enim tibi alimentum
incorruptum in caelis. et haec dicens. recessit ab eo.
et cum ascendisset ab eo. coepit beatus theodorus ex
ultare et psallere do. erat autem populus multus audi
ens eum. Haec ergo cum audissent custodes carce
ris. et uiderent hostium clausum et signaculum sanum.
aspiciebant per fenestram. et uiderent populum mul
tum uestibus albis amictum. et psallentem simul cum
sco theodoro. metuentes abierunt. et haec nuntiaue
runt iudici. Cumq; haec audisset iudex. surgens cum
festinatione. cucurrit et uenit ad hostium carceris.
et uidit carcerem quidem clausum. et uoces psallentium
cum beato theodoro. Audiens haec praeses. iussit ut mi
lites armati carcerem in circuitu custodirent deforis.
suspicans aliquos xpianorum esse intus cum beato the
odoro. et aperiens et ingressus intus. neminem in
uenit nisi solum seruum di scm theodorum in ligno
detrusum. et apprehendit eum tremor magnus.
et eos qui cum ipso erant. et exeuntes cum stupore.

recludentes carcerem rursum recesserunt. Tunc
iussit praeses dari beato theodoro unciam panis et
poculum aquae diurnum. fidelis autem martyr
xpi secundum quod scriptum est. quoniam iustus ex fide
uiuit. ita faciebat. nec quicquam cibi accipiebat ab
illis. sed tantum in semetipso dicebat. meus dns
et rex enutrit xps. Mane autem facto. iussit praeses
adduci beatum theodorum et dixit ei. Adquiesce
mihi theodore absq; tormentis. et sacrifica diis.
ut in celsitate scribam orbis terrarum dominis im
peratoribus pontificem theodorum et honores
ab eis non minimos accipere. et consensor noster
eris. Beatus uero theodorus aspiciens in caelum
et consignans se dixit ad praesidem. Etiam si carnes
meas igne cremaris. et suppliciis uariis expendas.
et si gladio me trucidas. donec fuerit sps in naribus meis.
non denegabo dnm meum. Praeses autem haec audi
ens. et simul cum praeposito consilio accepto.
iussit quaestionariis. ut eum in ligno suspenderent
et ungulis ferreis latera eius raderent. qui in
tantum eum raserunt. ut etiam costae eius nuda
rentur. Beatus autem theodorus nihil respon
dit praesidi. sed psallebat dicens. Benedicam dnm
in omni tempore. semper laus eius in ore meo.
Stupens autem praeses super tantam beati mar
tyris tolerantiam. ait ad eum. Non erubescis
miserabilior omnium hominum. quia speras in ho
minem qui dicitur xps. et hunc male peremptum.
ita temetipsum inrationabiliter talibus poenis tra
dis atq; tormentis. Scs uero martyr dixit. haec
confusio mihi et omnibus qui inuocant nomen dni
mei ihu xpi. Exclamantibus autem turbis tollere
eum. eo quod iam dissipatus esset. tunc praeses
per praeconem interrogabat eum dicens. uis sacri
ficare an adhuc amplius more torqueri. Re
spondit autem beatus theodorus cum fiducia
dicens praesidi. O impiissime et omni iniquitate
repletus filius diaboli. et uere dignus operatione [illegible]
tanq; non times dnm qui haec tibi donauit potestatem

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0273